



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

87. Utrum in re modica impetrari possit à Pontifice recriptum contra
exemptum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

tutione supra probavimus lib. d. quest. 45. num. 117. Utrum autem si princeps contra exemptum imploret brachium saeculare, pareri debeat, supra lucinctum notavimus eod. lib. quest. 82.

QV AESTIO LXXXVI.

Ecclesiarum appellatione, an monasteria comprehendantur.

Non comprehendi testatur & probat collectarius in cap. quid per novalem, n. 7. cum add. de verb. signif. per not. in cap. 2. de supplend. negl. prelat. Ar. bid. cap. 2. de Bi. gamis. 10. And. cap. clericis de immunit. Eccles. Id quod verum est in materia odiosa, qualis est subiecta, uti abunde alibi probatum est lib. 1. quest. 4. per tot. At verò in favorabilibus, secus est, Hugo dissertus in add. ad collect. d. n. 77. Abb. c. 2. n. 1. cum add. de consuet. 10. And. c. 2. ubi DD. de rest. in integ. in 6. Card. Clem. 2. q. 3. de iudicis, qua de re nesim fusior, videatur Abbas d. n. 1.

QV AESTIO LXXXVII.

Utrum in re modica impetrari possit à Pontifice rescriptum contra exemptum.

SUMMARIUM.

- 1. Minima & maxima causa equiparantur non debent.
- 2. Excommunicari quis potest pro summa modica. 9. Circuitus evitandus.
- 3. Rescriptorum definitio. 10. Expensa profusa non sunt restituenda.
- 4. Actoris est eligere iudicem rei quem vult. 11. Frustra fit per plura quod potest fieri per pauciora.
- 5. Modica summa que fit. 12. Rescripta ad lites surreptitia ope excipiuntur et idem.
- 6. Recurrendum non est ad superiorem si plus expendendum esset quam valeat causa. 13. Ipso iure nulla sunt si calliditate & astutia verborum impetrentur.
- 7. Impensa faciendâ non est quam res non patitur. 14. Damnum proximi impediendum.
- 8. Minimis in causis maiores adiri iudices. 15. Expensa delicata non sunt reddenda.
- 16. Necessarium triplex est.

Exor-

Exordiente hoc anno 1607. M. Ioannes Hennin. Curia Leodiensis procurator in re forensi & litteraria verfatissimus mihi proposuit, num pro debito sex Ernestorum recta via possit adiri Pontifex, impetratique ab eo rescriptum ad lites contra exemptum, qui huius summula debitor est. Examinanti haec quaestionem multa utrimque occurrerunt, qui mihi eam dubiam atque controversam reddiderunt, si quidem pro affirmatiua parte stare videtur.

Alexandri 3. constitutio *cap. de appellationibus de appell* per quam minima & maxima causa eadem pensantur trutinata. in illis enim non secus quam in his iuramentum calumniae *Abb. ca. 1. nu. 14. de iuram. calumniae* appellationesque interponi permittuntur, quippe quod omnis actio fundatur non super praecisa quadam quantitate laesione, sed duntaxat super iniquitate & iniustitia jus suum alteri non reddentis *Abb. Franc. Collect. & novissime Io. VV. amesius d. c. de appellat.* ut non immerito traditum sit, etiam pro gallina iudicium potest interponi *S. Gallinarum ubi DD. inst. de rer. divis. Navarr. in Manuali. c. 1. nu. 4. vers. secundo & in cap. fin. 16. quest. 6. & censuras excommunicationum pro summula duorum regalium fulminari Navar. d. cap. 17. num. 3. vers. quartum in fine Gregorius Saryus in Thesaurio Theologiae moralis lib. 1. cap. 9. num. 8. & seqq. tom. 1. ac consequenter rescripto iudicem posse impetrari. Cui etiam conceditur consequens, conceditur etiam antecedens *l. 2. ff. de iurisd. om. iud. Praes. loco a consequenti ad antecedens.* Equiparatorum etiam idem esse iudicium traditum est *supra lib. 4. qu. 54. nu. 4.* Accedit quod per rescripti impetrationem, ne latum quidem unguem rece datur a iure communi, nihil enim illud aliud est quam id quod secundum ius commune supplicanti de iure suo responderetur *Barth. & DD. l. benefic. de constit. principum glo. c. 1. verb. noscitur de constit. in 6. pertinetque ad iustitiae executionem sive administrationem l. 2. c. si contra ius VV. esemb. in parat. Cod. tit. de diversis rescriptis num. 1 & 2.* Aut secundum alios. *Abb. in Rubr. de rescript. n. 3.* est iussus principis, ut secundum observantiam iuris communis de debitione seu obligatione cognoscatur.*

Postremo, cum Reus plures habet iudices, pro arbitrio & electione est actoris, coram quo tuam instituat actionem, *Abb. cap. cum sit generale nu. 2. & glo. cap. de locat. de foro compet. & in l. fin. C. ubi in rem actio*, & cum plures sunt agendi viae, electio est actoris *Faber §. sui ubi DD. inst. si quadrupes pauperiem*, etiam si una via sit reo altera incommodior, & actori non fructuosior, vel utilior, quia alteri benefacere alteriusve utilitati providere nemo compellitur *glo. cap. ad reprimendam de officio ordinarij Decius l. culpa caret n. 8. ff. de reg. iuris 10. Francisci pavinus tract. de usitatione par. 1. qu. 10. num. 77.* & nemo male facit, qui id quod facit lege permittente facit, *l. nullus videtur l. nemo damnus l. non videtur ff. de reg. iur.* Itaque cum Papa sit dicecesanus totius orbis dixi *supra lib. 1. quest. 4. numer. 6.* & praeterea exemptorum qui ne sicut Acephali, et immediate subiecti sunt, videtur quod iure in eorum causis adiri

adiri possit, his alijsque rationibus quas sparsim hactenus attulimus.

At vero, pro negativa stant alia non parvo agmine rationes, & quidem in primis, quod hac in Hypothesi sit exigua modica, & minuta summula, utpote quae nondum ad sumptus iudiciales, sed ad rescripti Imperationem non sufficiat, & anteriorum §. illud 2. quae 6. DD. d. cap. de appellat. Corsetus tract. de minimis par. 1. num. 1. & seq. §. anteriorum, ubi etiam DD. Auth. de appellat. Menoch. de arbitr. iud. Cas. 14. §. n. 2.

Porro, iure traditum est, si per recursum ad superiorem plus expendatur, quam sit valor causae, quod recursus haberi non debeat, Barth. l. mediterranei, num. 6. C. de annonis & tributis lib. 10. Corset. d. tract. de minimis parte 1. numer. 10. vers. desim sexto.

Tum quia nunquam facienda est impenſa, quam res non patitur l. si servos ff. de pig. act. franc. d. cap. de appellationibus in fine late & eleg. Corset. Sing. incip. Expensae, cum ne propter modicam rem aliquis cogatur sustinere magnam, & damnosam actionem §. ut autem Auth. de fide instr. Spec. de feudis §. quoniam vers. 22. Corsetus d. par. 1. vers. 23. Peckius de iure sistendi cap. 5. num. 20.

Insuper, dispositione non modo iuris civilis d. §. anteriorum & Auth. nisi brevis C. de sent. ex peric. reat. sed & Canonici d. cap. anteriorum §. illud 2. quae 6. ubi Card. nu. 10. traditum est minimis in causis, maiores iudices adire non posse, nec etiam in eis iuramentum calumniae praestari DD. cap. literas de iur. am. calum. Peck. ca. 1. in pr. vers. limita 4. eod. tit. nec appellationem ad Papam interponi. Ausfrer. in reper. Clem. 1. nu. 54. vers. ad quartum de offic. ord. fol. 59. d. vap. anteriorum ubi Card. nu. 10.

Deinde frustra aditur Pontifex, cum capitulum cui exemptus subest, iustitiam administrare paratum est, velut non admodum alienè ab hac materia per Clement. 5. pridem rescriptum est. Clem. auditor. de rescript. Idque ut circuitus omnis evitetur l. Dominus testamento ff. de cond. indeb. glo. d. Clem. auditor verb. circuitus late massa Gallesius ad formulam eam oblig. tit. de praesumptis processus quae 4. per tot fol. 181.

Proinde, si creditor postposito capitulo & via compendiosiore, quaerit ambages, est quod sub temeritate expensum ferat, expensae enim profuse & immoderate non veniunt etiam victori refundendae l. properandum §. si quidem verb. consuetudo modo C. de iudicis cap. cum dilecti in fine de dolo & contum. Abb. cap. fin. num. 28. eod. tit. Iacob. de Arenas tract. de expensis num. 21. Federic. Schenk. num. 16. diligenterque dispiciendum est à iudice (inquit Vlp.) ne creditor nimium onerosus audiatur d. l. si servos in fin. Adhuc, partes creditoris in eo primum veclari debuerunt, ut à capitulo cui debitor immediate subest, iudicis dationem iustitiaeque administrationem postulare v. supra lib. 2. quae 8. num. 10. & 11. & lib. 2. qu. 45. nu. 63. quo praetermissio non potuit praeproperè ad Pontificem in negotio tam levi convolare d. cap. anteriorum §. illud ubi Card. nu. 10. est enim circuitus evitandus. d. Clem. auditor cum frustra sit per plura, quod fieri potest per pauciora l. 1. ff. quod Marcus causa l. ampliore §. in re-
futatoris

fulatoris C. de appellat. Unde consecrarium est, quod creditor expensas rescritti suo debitori imputare non possit, seu agere ut ad earum refusionem condemnetur, tum quod rescritti ad lites surreptitè obrepta ope exceptionis enerventur Fel. cap. 12 ad audientiam & 2 nu. 17. & seqq. de rescritti. ca. ceterum cap. super literis eod. tit. Menoch de arbitr. iudic. casu 201. & 202. Varius de nullitate sentent. ex defectu iurisdictionis delegata nu. 58. & 60. Navarr. cap. si quando pralud. x. num. 1. de rescritti. tum quod licet exceptio surreptionis regulariter adinstar declinatoriæ ante lites contestationem proponi debeat, Abb. cap. super eo num. 10. ubi glo. & Franc. de appellat. ex quo validum sit rescritti si exceptio non opponatur dixi supra lib. 1. quest. 50. nu. 29. attamen, cum rescritti calliditate & involuero verborum impetrantur, tunc non modo exceptionis ope, sed etiam ipso iure non subsistunt, ita ut de hoc defectu & vitio semper opponi possit Fel. d. cap. ad audientiam num. 18. Abb. d. num. 10. & in cap. litteris num. 21. & seqq. de probat. Compost. cap. super literis de rescritti. DD. l. 1. C. si ex falsis instrumentis iudicatum sit. ejusmodi enim impetrans est in dolo l. ea qua §. dolum ff. de contrah. empt. Quare non debet præstare impedimentum, quod de iure non fortitur effectum. non præstat. de reg. iur. in 6.

Accedit, quod creditor rescrittum Impetrando à Pontifice nulla necessitate adductus, causa fuit profutarum harum expensarum, quas sue culpæ aut prodigalitati imputare debet, ex quo supplicando capitulo, aut Nuntio Apostolico, qui hanc facultatem habet, eas sine suo incommodo evitare potuisset, cum Itaque, Cicerone teste lib. 1. offic. quantum fieri citra jacturam nostram potest, studere debeamus alienæ utilitati aut damno propulsando Menoch. lib. 1. præf. 4. num. 97. ubi dicit eum esse in dolo qui id facit quod sibi non prodest, & alteri nocet. seu (ut inquit Navarrus in 14 Manualis cap. 17. num. 133. vers. secundo & cap. 24. num. 22. & 23.) teneamur damnum proximi etiam mediocriter impedire, nisi nos reddere velimus illius succedaneos & restitutioni obnoxios per tex. l. sententiam in pr. ubi glo. ff. ad l. aquil. ex quo alteri facere non debeamus, quod nobis non vellemus Menoch. d. num. 97. non est quod creditor id condicat, ad quod restituendum, si ei solutum esset, obligaretur cap. dolo de reg. iur. in 6. l. in condemnatione §. dolo ff. de reg. iuris l. ex his omnibus ff. de cond. in debis.

Postremò, expensæ huius rescritti referendæ sunt inter voluntarias & delicatas, quarum rationem iudex habere non debet tex. notabilis l. inter quos §. fin. cum l. seq. ff. de damno infecto d. l. si servos in fine Gaill. l. 1. obs. 151. n. 1. honestus enim modus (inquit Ulpianus) servandas est. non immoderata cuiusque luxuria subsequenda l. ex damni in pr. ff. de dam. infecto l. de Arena & Schenck supra citati.

Pro coronide dico, non fuisse necessarium Pontifici supplicare pro rescritto, sed 16 plane superfluum. Quippe apud iuriconsultos necessarium tripliciter sumitur, uti copiosius apud Navarrum explicatur in cap. ita quorundam not. 10. numer. 2. de iudicis.

Primo, sine quo aliquid fieri non potest, seu ad optatum finem perveniri. Secundo, sine quo res quidem fieri potest sed non ut oportet. Tertio, quod utile est & conveniens. Potuisse autem creditorem æque commodè & convenienter debitum consequi actionem instruendo eorum capitulo debitoris cui jurisdictione competere videtur. *supra li 2. quest. 47. aut Nuntio Apostolico, cui expresse potestas data est in exemptis per not. supra lib. 2. quest. 2. per tot. est satis in comperto, ita quod hic bene melius aut utilius utili non inveniatur.*

Ex quibus eluceat satis responsiones ad argumenta opinionis affirmativæ, quæ quidem, qui sine suo incommodo non bene facit, malefacit, semper enim faciendum est quod alteri prodest, & nobis non nocet. *Mench. d. lib. 5. præsumpt. 4. m. 97. Carocius sing. 405.*

QVÆSTIO LXXXVIII.

Monachorum correctio seu jurisdictione ad quem spectet.

SUMMARIUM.

- | | |
|--|--|
| 1. Monasteria dicuntur esse in diocesi. | 5. Prælati jurisdictionem habent accorde
lativè cum Episcopo. |
| 2. Jurisdictione alia cognitionis iudicialis, alia extra iudicialis. | 6. Incorrigibilis monachus puniri ab Episcopo potest. |
| 3. Delicta alia gravia, alia levia. | 7. Item quando riget consuetudo. |
| 4. Argumentum à servis filiis familias ad Monachos validum. | |

De his hic est sermo qui ab ordinaria jurisdictione non sunt privilegio aliquo Apostolico exempti, de exemptis enim satis tractatum est *supra lib. 1. cap. 17.* In qua specie tum est in varias sententias, nonnullis visum fuit omnimodam jurisdictionem spectare ad Episcopum, utpote quod illius jurisdictione extendatur per totam diocesim, quæ monasteria etiam & Monachos complectitur. *cap. cum Episcopus. de offic. ord. in 6. cap. monasteria 13. quest. 2. cap. quanto de offic. ord. dixi supra lib. 1. quest. 4. num. 6.* Alij detulerunt Abbati seu prælato quem jurisdictionem quasi Episcopalem habere in suos supra notavimus *li. 4. q. 20.* adde, ut Episcopus in eorum causis se intromiscere non possit, nisi in subsidium ut suppleat dumtaxat negligentiam prælati *d. ca. ult. n. biglo. & d. c. quanto supra lib. 1. q. 45 n. 63. & lib. 1. q. 17. n. 25. lib. 4. q. 30. 50. 51.*

2. Sunt qui distinxerunt inter iudicalem jurisdictionem, & extra iudicalem cognitionem, jurisdictionem iudicalem Episcopo competere voluerunt, at veto extra iudicalem quæ concernit monasticas regulas Abbati seu prælato *Innoc. d. c. quanto Intulerunt*